

Consl. CCLXXVI. Cum in Ecclesia Tom. V. Par. II. fol. 422.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM aliis Hymni Breviarii Romani, paucis exceptis, qui non metro, sed soluta oratione, aut etiam rhythmo constant, jussu nostro, vel emendationibus adhibitis codicibus, vel aliqua facta mutatione ad carminis, & latinis leges revocati, nonnulli etiam de integro conditi, distoque Breviario auctoritate nostra recognito inserti fuerint, & ut accepimus, Breviarium predictum cum Hymnis hujusmodi a majori parte Christianis, qui ad illius recitationem sunt adstricti, privatim ubi terrarum recitetur.

§.1. Hinc est, quod Nos, qui Hymnos predictos cum notis musicis hac in Alma Urbe nostra elegantius typis, & exacta industria excudi jussimus, ne eorum publica recitatio a privata discrepet, sed ea in re uniformitas ubique, prout decet, fervetur, pro pastoralis nostra sollicitudine providere volentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque apostolica potestate plenitudine, quod deinceps perpetuis futuris temporibus in omnibus, & singulis Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, Cathedralibus, Collegiatis, Parochialibus, & ceterisque tam secularibus, quam cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti, etiam Societatis Jesu, & Hospitalis S. Jo. Hierosolymitani, aliarumque Militiarum utriusque sexus regularium, ac Archiconfraternitatum, & Confraternitatum quarumlibet, etiam quantumlibet exemptis, ac speciali nota, & individua expressione dignis Ecclesiis, Basilicis, Cappellis, Oratoriis, earumque, & eorum Choris in divinorum officiorum celebratione, predicti Hymni jussu nostro emendati, ac de integro conditi, & typis editi, ut praefertur, non autem amplius antiqui, tam in Urbe predicta, quam in reliquis Orbis Christiani partibus recitentur, ac decantentur, recitarique, & decantari debeant, tenore praesentium praecipimus, & mandamus. Volentes, ut praecipuum nostrum hujusmodi in dicta Urbe, & ejus districtu, infra duos, in aliis vero locis citra montes infra octo, ultra montes autem infra duodecim menses respective omnino executioni demandetur.

§.2. Quocirca dilectis filiis nostro in eadem Urbe Vicario in spiritualibus generali, ac locorum Ordinariis per praesentes committimus, & mandamus, ut quoad Urbem, & ejus districtum hujusmodi Vicarius predictus, quo vero ad reliqua loca Ordinarii in sua jurisdictioni subiectis quidem sua ordinaria, in exemptis autem apostolica auctoritate, tamquam nostri, & Sedis Apostolicae Delegati eandem praesentes cum omnibus, & singulis contentis in illis

Exordium.

Causa hujus Conslit.

Hymnos Sanctorum auctoritate recognoscimus deinceps ubique recitari mandamus.

Executores deputat.

solem-

Contrariis derogat.

Datum die 2. Maii 1643. An. XX.

DCCXLIX.

Constitutio super recitatione, & decantatione Hymnorum Breviarii Rom. Suae Sanctitatis auctoritate recognitorum in quibuslibet Ecclesiis.

Circa Breviarii Romani institutionem, ac formam illud recitandi habes Pii V. Conslit. LXXXVII. Quod a Nobis Tom. IV. Par. III. fol. 22., ubi etiam Breviarii antiquorum usus interdicitur. Item Breviarii Romanum denuo revisum, ac emendatum fuit a Clem. VIII. prout in-

DCCL.

solemniter publicantes, faciant ad unguem illa inviolabiliter observari; contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis desuper habendis, servatis processibus, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Derogatio contrariis.

§.3. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, aliisque etiam nostris, & in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quorumvis locorum, ac Ecclesiarum, Basilicarum, Monasteriorum, Dotorum Regularium, Ordinum, Congregationum, & Institutuum Regularium, etiam Societatis Jesu, ac Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, aliarumque Militiarum, ac Archiconfraternitatum, & Confraternitatum, & alius quibuslibet, etiam juramento, & confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis predictis, & aliis quibuslibet locis, & personis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac eum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis danda fides.

§.4. Volumus autem, ut praesentium nostrarum literarum exemplaribus, etiam in praedictorum Hymnorum libris, ac Breviario impressis, vel manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo personae alicujus in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae adhiberetur praesentibus, si forent exhibitae, vel ostense.

Datum die 27. Aprilis 1643. An. XX.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 27. Aprilis 1643. Pont. nostri Anno XX.

Indultum celebrandi Missam, & recitandi Officium de Beato Martire Josephato Archiepiscopo Polocensi, Monacho Ordinis S. Basilii.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

IN Sede Principis Apostolorum, nullis licet nostris suffragantibus meritis, divina providentia constituti, ad ea, per quae servorum Christi, qui pro ejus Ecclesia sanguinem suum fuderunt, veneratio in Terris promoveatur, & laudetur Dominus in Sanctis suis, pastoralis muneris nostra partes propensis studiis impendimus, prout pia Christianissimum, praesertim Catholicorum Regum, & Principum vota exposcunt, Nosque conspicimus in Domino salubriter expedire.

Exordium.

§.1. Sane nomine dilectorum filiorum Monachorum Ordinis S. Basilii Nobis nuper expositum fuit, quod commissa dudum a Nobis Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Praepositorum ad instantiam, clar. mem. Sigismundi, dum viveret Poloniae, & Sveciae Regis Illustris, & Charissimi in Christo filii nostri Uladislai, etiam Poloniae, & Sveciae Regis Illustris, necnon ad supplicationem Venerabilium Fratrum Metropolitanorum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, ac dilectorum filiorum Nobilium Virorum Palatinorum Principum, ac universi Cleri, & Populi Catholici Regni Poloniae, Magnique Ducatus Lithuaniae, ac totius Russiae, necnon Ordinis predicti, causa Servi Dei Josephati Archiepiscopi Polocensis ejusdem Ordinis S. Basilii pro Christi nomine, & Fide Catholica, & pro sancta potissimum Unione cum Ecclesia Romana Vitepsci in Russia Alba die 12. Novembris 1623. a Schismaticis trucidati; illaque deinde per plures annos per eandem Congregationem, servatis servandis, discussa, & examinata, auditis etiam desuper Theologis, Consultoribus, & Sanctae Fidei Promotore, post obtentam prius a Nobis sub die 27. Januarii 1629. derogationem Decreti nostri de non procedendo in causis Servorum Dei ad effectum Canonizationis, seu Beatificationis, aut declarationis Martyrii, nisi lapsis quinquaginta annis ab obitu illorum, & praevia sub die 2. Martii 1641. nostra licentia ad ulterius in hujusmodi causa in Congregationibus ordinariis procedendi, referente dilecto filio nostro Joanne Baptista tit. S. Eusebii ejusdem S. R. E. Praeposito Cardin. Pamphilio nuncupato proposita, eadem Congregatio dicta die 2. Martii 1641. censuit constare de validitate processuum: die vero 13. Septembris 1642. constare de Martyrio, & causa Martyrii: die demum 22. Novembris ejusdem anni 1642. constare etiam de miraculis, ideoque eidem Congregationi videri, si Nobis placet,

Supplicatio.



ceret, posse dictum Servum Dei Josaphatum Beatorum Martyrum Catalogo adscribi, & ad solemnem ipsius Canonizationem quandocumque deveniri.

§.2. Quare pro parte non solum prædictorum, verum etiam Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotio Propagandæ Fidei præpositorum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut interim, donec ad solemnem Canonizationem dicti Servi Dei Josaphati deveniantur, idem Servus Dei Josaphatus Beatus nuncupari, atque Officium, & Missa de eo, ut infra, celebrari possit. Nos itaque piis Uladislai Regis, Cardinalium, Metropolitanorum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Palatinorum Principum, Cleri, Monachorum, & Populi prædictorum votis hujusmodi, quantum cum Domino possumus, benigne annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: De eorumdem Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum consilio, ut ipse Dei Servus Josaphatus in posterum Beatus nuncupari, atque ab omnibus Monachis dicti Ordinis S. Basilii ubique Terrarum existentibus, necnon in omnibus Ecclesiis Diocesis, & Provinciæ Polocensis, ac totius Metropolis Russiæ, & quibuscumque Sacerdotibus, tam secularibus, quam regularibus die Natalis ipsius, duodecima videlicet Novembris, Officium & Missa de communi unius Martyris Pontificis recitari respective, ac celebrari juxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romani, necnon Græci, seu Rutheni, ab Apostolica Sede approbati valeat, Apostolica auctoritate tenore præsentium licentiam, & facultatem concedimus, & impertimur.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ sigillo munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Anno Piscatoris die 16. Maii 1643. Pontificatus nostri Anno XX.

Concedit prout in Rubrica.

Conferat de rogat.

Datum die 16. Maii 1643. An. XX.

DCCLII.

Quod festum S. Norberti celebretur die 11. mensis Julii, ac Indulgentia Plenaria perpetua pro visitantibus Ecclesiæ Ordinis Præmonstratensis eodem die confessis, ac communione refectis.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Liâs sei. record. Paulus Papa Prædecessor noster volens universum Ordinem Præmonstratensem, illiusque Religiosos, & Ecclesias spiritualibus Indulgentia-

rum muneribus decorare, omnibus, & singulis Christianis fidelibus, qui vere poenitentes, & confessi die festo S. Norberti sacrum Missæ sacrificium fecissent, vel sacram communionem sumpsissent, plenariam, ac postmodum certis eventibus casibus, festo in alium diem, & indulgentiam in Dominicam illum immediate sequentem respective translatis.

§.1. Omnibus utriusque sexus Christianis fidelibus, etiam vere poenitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, qui dicta die aliquam ex Ecclesiis prædictis singulis annis devote visitassent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, heresum extirpatione, S. Matris Ecclesiæ exaltatione piæ ad Deum preces effudissent, plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & misericorditer in Domino concessis, prout in diversis dicti Pauli Prædecessoris in simili forma Brevis, desuper expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis haberi volumus, plenius continetur.

§.2. Subinde vero per Procuratorem Generalem dicti Ordinis tunc existentem Nobis exposito, quod dicta festivitas in die prædicta debito cum honore ob varia impedimenta celebrari non poterat: Nos piis dicti Procuratoris votis annuentes, quo convenientius, & decentius dictum S. Norberti festum celebrari posset, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum consilio festum S. Norberti hujusmodi, quod in diem 6. Junii incidit, in diem 11. mensis Julii apostolica auctoritate perpetuo translulimus, prout in nostris similiter in forma Brevis desuper expeditis literis, quarum etiam tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

§.3. Cum autem, sicut dilectus filius modernus ejusdem Ordinis Præmonstratensis Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit, Indulgentiam per dictum Paulum Prædecessorem dicti Ordinis Ecclesiis, ut præfertur, concessam, una cum dicto festo translulerimus, Nobis idcirco idem Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut desuper opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum ferie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Indulgentiam, per Paulum Prædecessorem nostrum prædictum, præmissa peragentibus die festo S. Norberti tunc in 6. mensis Junii, ac deinde facta per eundem Paulum occurrentibus eisdem casibus translatione prædicta, in Dominicam illum immediate sequentem inci-

Concedit prout in Rub.

Translatio Indulgentie plenarie.

incidente, perpetuo concessam, in diem 11. mensis Julii una cum dicto festo, sic, ut præfertur, per Nos postmodum translato, auctoritate apostolica tenore præsentium, perpetuo transferimus: ita ut omnes, & singuli Christiani fideles vere poenitentes, & confessi, ac, ut supra, sacra communione refecti, qui aliquâ ex Ecclesiis Ordinis prædicti die 11. mensis Julii hujusmodi visitabant, & ibi, ut præfertur, orabant, eandem Indulgentiam consequantur, quam in diebus prædictis respective consequuti fuissent, concedimus, & indulgemus, in cotrarium, facientibus non obstantibus quibuscumque.

§.4. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Anno Piscatoris, die 10. Maii 1643. Pontificatus nostri Anno XX.

Transumptis credi mandat.

Datum die 10. Maii 1643. An. XX.

Ex Regest. in Secreto Breu.

Jubilæum operis hic præscripti fieri facientibus conceditur.

Facultas quæque Confessione sibi deputandi, qui eos absolvat a casibus reservatis.

DCCLII.

Jubilæum pro Christianis fidelibus in Hibernia Regno morantibus.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Zelum orthodoxæ fidei, quo accensi Hiberni Catholici tamquam bellatores Domini exercituum Regnum Hiberniæ ob eximium ejusdem fidei cultum patriam, Sanctorum olim appellatum, ab hæreticorum oppressionibus, & injuriis, quibus dudum affigitur, armis vindicare, & operarios iniquitatis, qui massam catholicæ puritatis eodem in Regno hæreticæ contagionis fermento infecerunt, & jugiter infecerunt, extirpare satagunt, spirituum gratiarum quarum dispensatores in terris a Domino constituti sumus largitione confovere volentes, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, meritis minime suffragantibus contulit, universis, & singulis Christianis fidelibus in prædicto Hiberniæ Regno contra Hæreticos, & alios catholicæ fidei hostes nunc, & pro tempore militantibus vere poenitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, sicut in Anno Jubilæi, visitantibus certas Ecclesias intra, & extra Urbem concedi consuevit, tenore præsentium pro una vice tantum pro quolibet concedimus, & elargimur.

§.2. Cupientes autem, omnes Christiani fideles Militantes, ut præfertur, participes fieri hujus pretiosissimi thesauri, universis, & singulis Christianis fidelibus prædictis

licentiam concedimus, & facultatem damus, ut sibi ad hunc effectum quemcumque Presbyterum confessarium tam secularem, quam cujusvis ordinis regularem etiam ex aliis approbatis a locorum Ordinariis eligere possint, qui eorum confessionibus diligenter auditis, ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & aliis ecclesiasticis sententiis, & censuris a jure, vel ab homine quavis causa latis, seu inflatis, necnon ab omnibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicæ, etiam in Literis die Coenæ Domini legis solitis contentis, & aliis per quascumque nostras, & Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis in foro conscientie, & ea vice tantum eos absolvere, & liberare valeat, & insuper vota quæcumque (religionis, & castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in prædictis omnibus casibus poenitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

§.3. Quapropter tenore præsentium in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipimus, & mandamus omnibus, & quibuscumque Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatibus, ac quibuscumque Ordinariis locorum in Hibernia existentibus, eorumque Vicariis, & officialibus, vel iis deficientibus, illis, qui curam animarum inibi exercent, ut cum præsentium literarum transumptis, aut exemplis, etiam impressis acciperint, illa statim, absque ulla mora retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Dioceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant.

§.4. Non intendimus autem per præsententes super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquo modo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientie, neque etiam easdem præsentibus iis qui a Nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælato, seu Judice ecclesiastico excommunicati, suspensi interdicti, seu aliis in sententiis, & censuris incidisse declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi prius satisfecerint, aut cum partibus concordaverint ullo modo suffragari posse, aut debere.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti, reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Jubilæi, indulgentiarum, & facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat cuiquam suffragari queant, necnon regula nostra de non concedendis Indul-

vota commutat ac.

Præsentium fieri publicationem præcipitur.

Casus excepti.

Contrarium derogatio.



dulgentiis, ad instar, ac quibusvis etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum ten. præsentibus pro sufficienter expressis, ac formam in illis traditam pro servata habentes hac vice specialiter nominatim, & expresse ad effectum præsentium derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis cedi non dantur.

§.6. Ut autem præsentibus nostræ, quæ ad singula loca deferri non possunt ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus ut eorumdem præsentium transumptis, vel exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra ubique adhibeatur, quæ ipsi præsentibus adhiberetur si forent exhibite, vel ostensa.

Datum die 15. Maii 1643. An. XX.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris die 15. Maii 1643. Pontificatus nostri Anno XX.

DCCLIII.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Abfolvit Collegium Curforum a quocumque interesse inito per eos, & confirmat decretum ab eo factum.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Curiores quocumque interesse sive publicum, sive privatum remittunt.

§.1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Dominicus Mangilius, & Joannes Baptista Riccius suo, & aliorum Collegialium Collegii Curforum nostrorum nominibus, quod ipsi aliam, seu nuper memores decretorum, ordinationum, & statutorum dicti eorum Collegii, & signanter quarundam in simili forma Brevis Litterarum fel. rec. Pauli Papæ V. Prædecessoris nostri de anno 1614. emanatarum, ad animarum suarum salutem, ac ut de cætero quietius, securiusque in conscientia viverent, quoddam decretum ediderunt, quo sibi invicem, & vicissim quomodolibet interesse ipsorum dumtaxat sive publicum, sive privatum ipsos, & eorum quemlibet tantum tangens, etiam massas, & massarum distributiones, & solutiones active, vel passive, ac aliam quomodolibet ipsos tantummodo concernentes remiserunt, & condonarunt, & aliam prout in eodem decreto plenius dicitur contineri.

Idem apostolica auctoritate firmari petunt.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dicti exponentes nomine,

quo supra, decretum huiusmodi, quo firmitus subsistat apostolicæ nostræ confirmationis patrocinio communiti, aliisque in præmissis, ut infra, opportune provideri.

Confirmat Pontifex.

§.3. Nos eisdem exponentes, aliosque Collegiales prædictos specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus huiusmodi Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinfectum, ac omnia, & singula in eo contenta, apostolica auctoritate, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus, & insuper eorumdem exponentium, & aliorum Collegialium huiusmodi singulares personas a quibusvis censuris, & poenis ecclesiasticis quomodolibet per eos hæctenus præmissorum occasione incurfis, & respective consentientium dumtaxat auctoritate, & tenore prædictis absolvimus, & totaliter liberamus, distaque poenas illis gratiose remittimus, & condonamus.

Sicque a quocumque iudice jubet Judicari.

§.4. Decernentes præsentibus literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis, quos ille concernunt, ac concernent in futurum inviolabiliter observari, Sicque per quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, ac definiri debere, ac irritum, & inane, quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogat obstantibus.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac ipsius Collegii, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Volumus autem, quod imposterum prædictæ dicti Pauli Prædecessoris litteræ sub censuris, & poenis contentis in illis inviolabiliter observentur.

Datum die 8. Junii 1643. An. XX.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die 8. Junii 1643. Pontificatus nostri Anno XX.

Appro-

DCCLIV.

Sententia executorialis A. C. in controversia super jure præcedendi in Processionibus inter Fratres Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Provinciae Hispanensis, & Discalceatorum nuncupatorum S. Francisci, extenditur ad alias Provincias ejusdem Ordinis Sancti Francisci.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Referat suas litteras.

Quibus præcedentiam Minoris Discalceatis Provinciae Hispanensis adferret.

§.1. Alias a Nobis pro Provincia Hispanensi Fratrum Ord. Min. S. Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum Hispaniarum emanarunt litteræ tenoris subsequenti, videlicet. Urbanus Papa Octavus, ad futuram rei memoriam. Cum, sicut dilectus filius Joannes Merinero Ordinis Fratrum Minorum, S. Francisci de Observantia nuncupatorum Minister Generalis Nobis nuper exponi fecit, alias postquam Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Sacris Ritibus præpositis super controversiis inter dilectos filios ejusdem Ordinis Fratres Discalceatos nuncupatos Provinciae Hispanensis ex una, necnon Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini ejusdem Provinciae partibus ex altera tunc super jure præcedendi in processionibus, & aliis actibus publicis verentibus, decretum, seu declaratum fuit, præcedentiam in concursu cum aliis Regularibus in processionibus, & aliis actibus publicis prædictis semper competere primodictis Fratribus Discalceatis, sive soli per se, & sub propria Cruce, & cum Familia de Observantia incedant, & sint Discalceati Reformati, aut alio quovis nomine nuncupentur, dummodo sint vere Reformati dicti Ordinis S. Francisci, necnon gaudere, & frui debere omnibus aliis prerogativis in Bulla fel. record. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris nostri, quæ incipit: Ex injuncto Nobis, &c. expressis, & subinde Nos decretum huiusmodi cum omnibus, & singulis in eo contentis apostolica auctoritate confirmavimus, aliaque fecimus, quæ in nostris in simili forma Brevis desuper de Anno 1630. expeditis litteris, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Itaque ab A. C. sententiæ confirmaverat.

§.2. Postmodum in executionem eorumdem nostrarum litterarum, ac pro illarum observatione obtentis per eisdem Discalceatos, ac expeditis a dilecto filio Curie Causarum Camerae Apostolicæ Auditore Generali monitorialibus litteris, illarumque vigore citatis dictis Fratribus S. Augustini, & infra terminum sibi ad comparandum, juraque sua deducendum, minime comparentibus ab eodem Auditore Generali lata definitiva sententia, per quam juxta prædictarum nostrarum litterarum, continentiam, & tenorem dictis Fratribus Discalceatis huiusmodi præcedentiam præ-

Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

dictam adjudicavit, cupiatque propterea idem Joannes Minister Generalis sententiæ ejusdem Auditoris Generalis, quo firmitus subsistat apostolicæ nostræ confirmationis patrocinio communiti.

§.3. Nos, qui Religiosorum Ordinum, quorumcumque felicem directionem, pacemque, ac quietem sinceris desideramus affectibus, eundem exponentem, ipsosque Discalceatos Fratres specialibus favoribus & gratis prosequi volentes, eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium, dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus dicti Joannis Ministri Generalis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, sententiam dicti Auditoris Generalis in executionem prædictarum litterarum nostrarum, ut præfertur latam, apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui in præmissis quomodolibet intervenerint, aut intervenisse dici, vel censeri possint supplemus.

Cum clausulis.

§.4. Decernentes præsentibus literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios effectus sortiri, & obtinere, ac prædictis Fratribus Discalceatis ubicumque existentibus, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, ac ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari, sicque ab omnibus censeri, & ita per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios ubique, & in quavis instantia judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executorum deputacione.

§.5. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, præsertim Hispanensi, ac aliis Episcopis in Provinciis, & locis, in quibus Discalceatorum huiusmodi regulares domus erectæ sunt, sive imposterum erigentur, constitutis, ac dilectis filiis eorum Officialibus, seu Vicariis in spiritualibus generalibus per præsentibus committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentibus literas, & in eis contentas, quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Fratrum Discalceatorum huiusmodi requisiti fuerint solemniter publicantes, eisdemque Fratribus Discalceatis in præmissis efficacis defensionis presidio assistentes, faciant auctoritate nostra, prædicta omnia, & singula ab hiis, ad quos spectat, & protempore quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari.

Ccc col-



eisdem Discalceatos Fratres premissorum commodo, & effectu pacifice frui ubique, & gaudere, non permittentes illos per aliorum quorumvis ordinum, & institutorum Regulares quomodolibet molestari, contradictores quoslibet, & rebelles, aut alias in premissis non parentes, seu sese quomodolibet opposentes, per sententias, censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, sententias, censuras, & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Et obstantium derogatione.

§. 6. Non obstantibus fel. record. Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium ad iudicium, non trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quorumvis Ordinum, & Congregationum, ac domorum, & locorum regularium, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & Literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad premissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, quod presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur presentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Anno Piscatoris, die 13. Martii 1641. Pontificatus nostri Anno XVIII.

Hoc idem extendit ad alios conventus.

§. 8. Cum autem, sicut per dilectum filium Antonium de Castillo filium, & Procuratorem in Romana Curia Provinciae S. Joannis Baptistae Fratrum Ordinis Minorum ejusdem S. Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum etiam Hispaniarum accepimus, iidem Fratres Discalceati S. Francisci secundodictae Provinciae hujusmodi, in oppido, seu Villa de Vineros Derthusensis Diocesis in Regno Valentiae unum conventum sui Ordinis fundaverint, in ipso autem oppido, seu Villa hujusmodi etiam unus conventus Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini fundatus reperitur. Idcirco Nos pro nostri pastoralis officii debito litibus, & scandalis, quae occasione praecedentia in processibus, & aliis actibus publicis inter utriusque Ordinis hujusmodi Fratres praefatos oriri possent, obviam ire, aliasque, ut infra opportune providere volentes: De Congregationis super negotiis dicti Ordinis deputa-

ta consilio, motu proprio, ac ex certa scientia, meraque deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine praesertim nostras literas, ac omnia, & singula in eis contenta ad secundodictam S. Joannis Baptistae eorumdem Fratrum Discalceatorum S. Francisci Provinciam, ac quoad praefatum dicti Oppidi, seu Villa de Vineros, & quovis alios conventus ejusdem secundodictae Provinciae S. Jo. Baptistae Fratrum Discalceatorum primodicti Ordinis hujusmodi tenore presentium extendimus, & ampliamus.

Mandatum de parendo.

§. 9. Mandantes propterea omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet in futurum spectabit in virtute sanctae obedientiae, ac sub excommunicationis, aliisque arbitrii nostri poenis, ut eisdem Fratres Discalceatos secundodictae Provinciae hujusmodi omnium, & singulorum premissorum commodo, & effectu frui, & gaudere sinant, & faciant, ac decernentes praesentes literas validas, firmas, & efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, dictisque Fratribus Discalceatis secundodictae Provinciae hujusmodi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab omnibus, & singulis, quos illae concernunt in futurum, inviolabiliter observari, sicque, & non aliter in premissis per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicae Nuncios ubique, & in quavis instantia iudicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executorum deputatio.

§. 10. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis in eadem secundodicta Provincia constitutis, seu dilectis filiis eorum Officialibus, seu Vicariis in spiritualibus generalibus per presentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes literas, ac in eis contenta quaecumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte eorumdem Fratrum Discalceatorum secundodictae Provinciae hujusmodi desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque premissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra omnia, & singula debite executioni demandari, & ab omnibus inviolabiliter observari, non permittentes eisdem Fratres Discalceatos S. Francisci secundodictae Provinciae hujusmodi per ejusdem S. Augustini, aut aliorum, quorumvis Ordinum, & Institutorum Regulares quomodolibet molestari.

Contravenientium poena.

§. 11. Contradictores quoslibet, & rebelles, aut alias premissis non parentes, seu sese quomodolibet opposentes per eandem excommunicationis, & quavis alias censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimisque

que super his habendis servatis processibus censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quae in eisdem praesertis volumus non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis fanda fides.

Volumus autem, quod presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae ipsi presentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum die 10. Junii 1643. An. XX.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Anno Piscatoris, die 10. Junii 1643. Pontificatus nostri Anno XX.

unum Pomorum Canistrum pro servitio sui heri emere vellet, dilectus filius Doctor Rocchus Cortez Collegialis Theologus Collegii Regii Theologorum dictae Civitatis, qui praefatum iudicis, seu superintendentis hujusmodi munus exercebat, sese dicto famulo opposuerit, volueritque, ut ante quemcumque alium de supradictis pomis Collegio Purificationis B. M. V. cujus erat collegialis, provideretur: Quae de causa eodem famulo apud suum herum, illo vero conquerentibus cum eisdem Inquisitoribus dictae Civitatis, praefati Inquisitores dictum Rocchum in eorum Tribunali citari fecerunt, qui respondit, si se pro rebus ad fidem spectantibus vocatus ab eis erat, prompte inibi compariturum, si vero illum volebant pro rebus suum officium tangentibus, non posse privilegium dictae Universitatis praedicare, quorum vigore nullum alium iudicem, praeter illius Conservatorem agnoscebat, & in effectu habita per eundem Conservatorem de premissis notitia, idem Conservator literas hortatorias seu precatórias, & avocatorias causae hujusmodi ad dictos Inquisitores dedit, qui non minus responso dicti Rocchi, quam Literis dicti Conservatoris irritati, multos birruarios, & familiares dicti Inquisitionis hujusmodi officii mandarunt, qui dictum Rocchum carcerarent; prout illum realiter, & cum effectu in via publica apprehenderunt, & publice habitu collegiali indutum ad eorum Inquisitionis hujusmodi officium conduxerunt, in cujus carcere illum more reorum de Fide Catholica concluderunt; Quo in Carcere cum eundem Rocchum spatio unius mensis detinuisent, tandem convocatis quodam inter alios die per eosdem Inquisitores in aula dicti Inquisitionis hujusmodi officii multis personis religiosis, quoddam theatrum consulto, & expresse ad id perfructum eundem Rocchum confedere fecerunt nudato capite absque pallio, & sine habitu, aut insigni collegiali cum candela in manu accensa, illumque in expensis condemnarunt, & exilio ad annum e dicta Civitate Elborensi multarunt, ob contumaciam in non comparendo ad citationem hujusmodi.

Subinde vero dimissis praefatis Regularibus officialibus dicti Inquisitionis hujusmodi officii, qui remanserant, ad quandam secundam sententiam contra eundem Rocchum devenerunt, qua illum praefato iudicis, seu superintendentis hujusmodi officii privarunt, & ad illum perpetuo inhabilitarunt, illum ad solutionem viginti ducatorum monetarum illarum partium condemnando, quia famulo dicti Consulsoris S. Inquisitionis hujusmodi officii poma, quae intendebat emere, nullatenus reliquerat. Terminato autem hoc actu, & lata sententia, dilectus filius Franciscus Pitherio Presbyter Societatis Jesu Doctor, & Magister primae Cathedrae Sacrae Theologiae dictae Universitatis cum mandato Procuratoris, Rectoris, & Officialium ejusdem Universitatis

DCCLV.

Ex Reg. in Secret. Brew.

Mandat Inquisitori Majori Portugalliae, ne ipse, & alii Inquisitores molestias inferant Rectori, Lectori, Collegialibus, aliisque Ministris Universitatis studii generalis, & Regii Civitatis Elborensis.

Dilecto filio adversus haereticam pravitatem in Regno Portugalliae Inquisitori Majori.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecte fili noster salutem, & apostolicam benedictionem.

Facti series.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Rector, Doctores, Magistri, & aliae personae Universitatis studii generalis Civitatis Elborensis in Regno Portugalliae, quod ipsi a jurisdictione eujusmodi iudicis dicti Regni exempti, & immediate Sedi Apostolicae subiecti sunt, praeterquam tamen in casibus fidei, pro quibus contra eos ab adversus haereticam pravitatem in eodem Regno Inquisitoribus procedi potest, & insuper, quod ex privilegio apostolico Universitas praefata deputare potest unum iudicem, seu superintendentem eujusdam nundinae, seu mercatus, qui singulis hebdomadis fieri consuevit pro servitio dictae Universitatis Lusitano Almotacel, Italo autem idiomatibus edile nuncupatum, qui facultatem, & auctoritatem habet mandata, seu iussiones dandi pro distributione rerum, quae in dicta nundina, seu mercatu venduntur, & ab ejus ordinationibus, ad alium, quam ad quemdam particularem privilegiorum dictae Universitatis Conservatorem appellari nequit.

Licet autem privilegia hujusmodi sint, ut asseritur, in viridi observantia, & spatio octuaginta annorum non fuerit auditum, seu visum quidquam in contrarium, nihilominus de mense Decembris anni proxime praeteriti 1642. evenit, ut cum quidam famulus unius Consulsoris Sancti Inquisitionis officii adversus eandem haereticam pravitatem, in eadem Civitate, Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

Ccc 2